



## **Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Disp. CLV. An nomina concreta singulariter vel pluraliter prædicentur iuxta  
singularitatem, & pluralitatem formarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)



Annomina concreta singulariter, & pluraliter prædicuntur iuxta singularitatem, & pluralitatem formarum.

*Opiniones Ricardi, & Durandi, cap. 1.*

*Quid sentiant Marfilus, & Gabriel, cap. 2.*

*Cactani, & aliorum Thomistarum sententia, cap. 3.*

*Nomina concreta substantia ex sola forma, unitate, aut numero singulariter, aut pluraliter dici, probabiliter opinio fuit, cap. 4.*

*Corollaria precedentis opinionis, cap. 4.*

*Argumenta contra predictam opinionem, cap. 6.*

*Opponunt nobis adversarii S. Thomam, cap. 7.*

*Nomina adiectiva pluraliter de tribus personis prædicari debent, sed de vno Deo singulariter, c. 8.*

## CAPVT I.

*Opiniones Richardi, & Durandi.*

**N**ulla inter Scholasticos dissensio est de nominibus abstracte significantibus, sed omnes facile concedunt tam in Deo, quam in rebus creatis, singulariter, aut pluraliter enunciatum secundum unitatem, vel pluralitatem formarum. Cum enim hæc nomina nihil aliud significant, neque connotent, quam formam ipsam; necessario secundum numerum illius, aut unitatem multiplicari debent, aut unitatem recipere. De concretis vero aliud iudicium ferendum est; cum enim præter formam, aliquid aliud vel significant, vel connotent, non satis videtur in omnibus vnitas, & pluralitas formæ significare, vt singulariter, vel pluraliter dicantur. Ceterum cum inter concreta quedam sunt adiectiva, vt *sapiens*, quedam substantia, vt *homo*, *Deus*, nec eodem modo significant formam, non est æqua vtriusque ratio. De adiectivis facile conveniunt Theologi, vt cap. 8. videmus: de substantivis vero, si univèrsè loquamur, non levis est controversia: nam de concretis substantivis, quæ Deo secundum se tribuuntur omnes Catholici eodem modo sentiunt; verum de his concretis divinis veram rationem assignemus, de omnibus generatim disputare necessesse est.

Sit igitur prima sententia, quam refert *Ricardus* in 3. d. 1. ar. 1. q. 5. eorum, qui dicunt, si vna persona divina assumeret plures humanitates, nec vnum hominem, nec plures simpliciter fore dicendos. Quam opinionem *Richardus* non improbat, & plane sequitur *Durandus* in 3. d. 1. q. 3. ad 3. qui quamvis cum S. Thoma in hoc articulo doctus esset nomina substantia concreta numerum, aut unitatem recipere secundum numerum vel unitatem personarum: asserit tamen in eo casu nec vnum, nec plures homines simpliciter esse dicendos: proinde non esse sumendam in univèrsum unitatem, & pluralitatem nominum ex unitate, & pluralitate formarum. Reddit rationem, quia nomine *homo*, utendum est secundum communem consuetudinem: consuetudo autem obrinuit, ad hoc, vt dicatur vnus homo, aut plures homines, non tantum unitatem, vel pluralitatem formarum, verum etiam unitatem, vel pluralitatem suppositi considerandam esse: ergo in eo casu nec vnum simpliciter homo, nec plures dicentur. Quod si nomina concreta substantia in Deo singulariter di-

centur secundum unitatem solius formæ, etiam si plura sint supposita, id non est, quia in univèrsum hæc nomina natura sua sequantur unitatem, vel numerum formarum tantum; sed quia vltus habet, vt nomina substantia in Deo non numerentur, nec unitatem habeant secundum supposita, sed solum secundum formas. Addit præterea *Dura.* si id eligamus, quod minus improprie dicitur, si vna & eadem persona assumeret plures naturas humanas, essent dicendi plures homines: si vero plures personæ eandem naturam assumerent, vnus homo diceretur.

Hanc opinionem merito refutat *Scotus* in 3. d. 1. q. 2. ad 2. argum. hæc ratione, Vnum vel multa sunt passio entis, & ex æquo diuiduntur naturam eius: quare vbiunque reperitur natura entis simpliciter, necesse est unitatem vel pluralitatem simpliciter reperiri: ergo si nomen sign. fiat naturam aliquam entis simpliciter, quale est substantium, significabit etiam vnum, vel multa: in casu autem prædicto diceretur homo in concreto significatus, qui simpliciter esset ens: ergo vel vnus, vel plures dicerentur.

Alia quoque ratione sententia hæc mihi non placet, quia videtur *Dura.* unitatem nominum substantiuorum in Deo non tam ex natura & prima eorum impositione desumere, quam ex communi vsu, quo iam ad significandum sunt applicata: hoc fallum omnino est, nam vt c. equi. etiam dicemus, nomina substantia diuina non alio modo significant post reuelationem mysterij, quam antea, sed permanentia in pristina significatione nihilominus nunc singulariter in Deo dicuntur: constat autem ante mysterium Trinitatis reuelatum eodem modo impositam fuisse vocem *Deus*, ad significandam naturam diuinam in concreto, sicut vocem *homo*, vt naturam hominis de. otaret: ergo si in eo casu, quo tres diuina personæ vnam naturam humanam, vel vna persona diuina tres naturas humanas assumeret, attendentes ad primariam nominis impositionem, nec plures simpliciter, nec vnum simpliciter hominem dicere possemus: reuelato etiam mysterio Trinitatis nec plures *Dei*, nec vnus simpliciter dicendus est: tamen etiam vsu Ecclesiastico vox ita sit accommodata, vt dicamus vnum Deum simpliciter in tribus personis. Quare gentiles, qui hanc vocem hactenus non mutarunt possent iuxta cuiusque linguae proprietatem, nec vnum Deum, nec tres Deos simpliciter renunciare: ergo ita confundit religio nostra Christiana vocum significationes, vt gentilibus per vnum nec aliud significatum illud relinquit. Quæ sane absurdissima sunt; hæc vero ratio etiam contra *Dura.* probat.

Verum enimvero cum *Durand.* vt retulimus disp. 125. c. 1. asserat, in Deo esse vnam tantum communem substantiam absolutam, qua natura diuina ita concreta significatur, vt dicatur hic *Deus* tribus personis communis, idque proprium esse asserat naturæ diuinæ in tribus personis substantiæ: ac proinde naturam humanam, si a tribus assumeretur personis diuinis, non habituram eam substantiam; posset quidem asserere nomina concreta substantia Dei significare naturam diuinam cum illa absoluta, siue ante reuelationem mysterij Trinitatis, siue post: & ita in pristina significatione permanentia singulariter prædicari de Deo simpliciter, facta quavis reuelatione. Ceterum quia

*Occurrunt obiectum & unitate natura in diuinitate.*

*3. Quia si in. in. im. propria loquutio ex Dura.*

*1. refellitur hæc sententia à dicto.*

*2. eadē opinio exploditur ab auctore.*

*Nomina substantia diuina non alia ratione significant post reuelationem mysterij, quam antea.*

*Quod ab iuram ex hac sententia sequitur.*

*5. Quo pacto Durand. subterfugiat ab iuram prædictam.*



quia ille plare negat indiuiduum concretum de-  
trahit intellectum ante personas, vt disp. 1. c. 6. cap.  
I. videbimus, etiam si concedat illam substantiam,  
non poterit se, hoc modo tueri, sed in absurdum,  
quod inferebamus, incidere cogetur. Ricardus  
autem, qui vt commemorauimus in ea disp.  
115. cap. 3. nullam communem substantiam, sed  
tres tantum relatiuas in Deo concedit, non potest  
se hoc modo defendere: quare si probabilem pte-  
tar opinionem, quam in hoc articulo recen-  
sumus, cogitur incidere in absurdum, quod proxi-  
me inferebamus.

## CAPVT II.

Quid sentiant Marfilus & Gabr.

6  
Substantia  
concreta in  
creata ex  
numero sup-  
positorum  
multiplicata  
centet Marfil.  
& Gabr.

**M**arfilus in 3. quest. 2. art. 2. dubio 2. censet in for-  
mis creatis, etiam si plures ab vno suppo-  
sito, vel vna à pluribus allumatur, vnitatem &  
pluralitatem ex suppositis, non ex naturis sumen-  
dam esse: quare, si plures personæ assumerent v-  
nam humanitatem, fore dicendos plures homi-  
nes. si vero vna personā plures humanitates, fore  
dicendum vnum hominem. Eandem senten-  
tiam amplectitur Gabriel in 3. distinctione 1. quest.  
2. art. 3. dub. 4. ad secundam rationem. Probat autem  
primum, quia si plures homines assumerent ean-  
dem naturam, quilibet persona esset homo, &  
esset vnus homo, qui in concreto de hac & illa  
prædicaretur persona: ergo essent plures homi-  
nes. Ideo autem negant, in eo casu futurum com-  
munem hominem in concreto, quia existimare  
viderentur, nomina concreta esse nomina suppo-  
sitorum, & illis directe significari supposita, id-  
que eodem modo docent de concretis substan-  
tiis, atque adiectiuis: additque Marfil. eodem  
modo à natura humana denominari supposita di-  
uina, quo ab accidentaria forma denominatur  
subiectum. Quare sicut idem ac dicitur vnum lu-  
minosum, cum si diuersis luminibus illumine-  
tur: eodem modo erit vnus homo, etiam si plures  
sint humanitates in eodem supposito. Probat ve-  
ro Marfil. deinde suam sententiam, quia si vna hu-  
manitas assumeretur ab vna persona, & postea  
dimitteretur, inciperet esse alius homo, non alia  
ratione, nisi quia esset in alia persona: ergo simili-  
ter, si à pluribus simul assumeretur, essent plures  
homines.

Ex hac sen-  
tentia con-  
sequitur  
absurdum.

Hæc sententia eodem modo refellenda est, at-  
que præcedens, & ad simile quoddam absurdum  
eodem argumento, deducenda. Nam si hæc  
regula vera esset, sequeretur nomina substantia  
concreta in Deo multiplicari secundum nume-  
rum personarum. Si enim nomen, homo, sua im-  
positione suppositum significat, & inde multi-  
plicari debet, aut sumere vnitatem; sequitur iux-  
ta primariam huius nominis, Deus, imposi-  
tionem dicendos esse plures Deos, quia sunt plures  
personæ: namque (vt supra dicebamus) ante my-  
sterij Trinitatis reuelationem nomen Deus, ex se  
eodem modo significabat, quo nomen, homo,  
& creata concreta substantia formarum creatu-  
rum: post ipsam vero reuelationem factam non  
est mutata significatio, ergo iuxta primariam il-  
lam impositionem, nunc etiam dici possent plu-  
res Dij. Quocirca idem Marfilus in 1. q. 5. art. 2. ad  
5. vbi prædictam tradit sententiam, dum de no-

mine Deus, agit, ideo solum asserit non posse dici  
plures Deos, quia vsus Ecclesie est, vt nomen Deus  
non personaliter, sed essentialiter accipiat, prop-  
ter hæreticorum versutias, qui plures Deos esse  
dum essentiam introducere conantur. Quibus  
verbis plane reducit significationem hanc no-  
minis Dei, qua essentialiter solum vsurpatur, in  
vsu Ecclesie, non in ipsam nominis primariam  
impositionem; ac proinde seruata vocis proprie-  
tate & nativa significatione, possent petiones  
diuinas, iuxta ipsius sententiam, dici plures Deos:  
quocirca frustra Ecclesiam laborasse in modo lo-  
quendi contra gentiles, mutando antiquam vocis  
significationem.

Argumenta vero Marfilij futilia sunt. Ad prius  
respondeo, nomina concreta substantia signifi-  
care supposita directe, sed naturas, connotando  
supposita, vt cap. 4. monstrauimus; numerus au-  
tem, seu vnitatis nominis ex directo significatio, non  
ex connotato sumenda est, vt ibidem dicemus. Ex  
quo falsum esse patebit id, quod assuit Marfil-  
lus, videlicet nomina concreta substantia peten-  
de se habere, sicut adiectiua, quia forma substan-  
tialis eodem modo denominat suppositum, sicut  
accidentaria subiectum. Ad posterius argumen-  
tum dico, in eo casu, quo humanitas assumpta  
dimitteretur, non fore alterum hominem, vt infra  
latius videbimus: & ita, dum simul eadem hu-  
manitas à tribus assumitur, non esse tres homines,  
sed vnum, sicut est vnus Deus.

## CAPVT III.

Caietani, & aliorum Thomistarum sententia.

**C**um varie S. Thome de hac re loquutus fuerit,  
eius quoque discipuli in varias opiniones  
diuisi sunt. Caietani in hunc art. & in 3. p. q. 3. art. 7. citat  
ea solutionem secundam, cui adhaeret Cananensis  
Comment. huius art. & alij recentiores, docent pri-  
mo non esse defumendam pluralitatem nominis  
substantia concreti ex pluralitate suppositorum,  
sed requiri etiam pluralitatem suppositorum.  
Colligunt ex S. Th. supra questione 36. art. 2. vbi dicitur  
ait, ideo patrem non dici pluram principia, quoniam  
in eo sit duplex forma principij, nimirum genera-  
tionis, & spirationis, quia, si diceremus esse plu-  
ra principia, denotarem in eo pluram etiam sup-  
posita. Et 3. p. q. 3. art. 7. ad 2. inquit, si eadem per-  
sona assumeret plures humanitates, non diceren-  
tur plures homines; quia nomen alicuius forme  
nunquam pluraliter dicitur, nisi propter plurali-  
tatem suppositorum. Conuenit cum his Sententia  
contra gent. c. 1. §. Circa istas propositiones, vbi allicet  
esse conditionem requisitam, vt nomen substan-  
tium pluraliter dicatur, multitudinem suppo-  
sitorum.

Secundo docent Caietanus & alij, requiri sane  
ad pluralitatem nominis pluralitatem supposito-  
rum, atque in hunc modum interpretantur  
Doctorem sanctum locis citatis, vt ibi non exclu-  
derit pluralitatem formatum, sed eam quoque ne-  
cessariam esse existimauerit, in eo solum discre-  
men alligans inter concreta adiectiua & substan-  
tiantia, quod adiectiua ex sola pluralitate subie-  
ctorum pluraliter dicantur, substantia vero ex  
vtrouque.

Tertio addit solus Caietanus, etiam in eo ca-  
su, quo plures diuinae personæ assumerent ean-  
dem humanitatem, non fore dicendam vnum  
hominem.



hominem simpliciter, sed vnum ratione naturæ.

In quo plane sententiam sequitur Ricardus, & Durandus possumus in c. 1. sic enim nec essent simpliciter plures homines, siquidem in eius opinione ad pluralitatem nominis requiritur pluralitas formæ & suppositi: nec simpliciter vnus homo, sed cum illo additamento, *ratione naturæ*, cumque contra Caiet. inferre possemus illud absurdum, quod ibi contra Ricardum & Durandum deducebamus, videlicet eadem ratione tres personas diuinas non posse dici vnum Deum, nisi cum eodem additamento, posset se Caietanus eo modo tueri, sicut in gratiam Durandi eo. cap. dicimus, nempe diuersam esse rationem deitatis, & humanitatis a tribus personis assumptæ. Nam Caiet. vt videbimus d. 156. cap. 1. affirmat dari concretum deitatis, quod appellat semiperpersonam, per intellectum tribus personis ex communi substantia constitutum, de quo putat enunciari omnia, quæ de vno Deo dicuntur: at vero nullum huiusmodi indiuiduum humanitatis assumptæ a tribus personis posse assignari, ideoque facile respondebit tres personas esse simpliciter vnum Deum, sed non fore vnum hominem in eo casu, quo vna humanitas ab ipsis esset assumptæ.

Verum nullum esse huiusmodi indiuiduum, vt putat Caiet. atque concretum humanitatis in nostra consideratione eodem modo præcedere personas, sicut præcedit concretum deitatis, ibidem non obscure ostendimus. Quocirca in hoc tertio puncto Thomistæ Caietanus non consentiunt, sed communiter asserunt, plura requiri ad pluralitatem nominis cōcreti, quam ad vnitatem: quia ad hanc dicunt sufficere vnitatem formæ, ad illam vero necessariam esse pluralitatem formæ, & suppositi. Ceterum in explicanda mente S. Th. & conciliandis, quæ in hoc art. & locis alijs proxime citatis asserit, multum laborant, vt cap. 5. videbimus. Porro huius opinionis fundamenta, præter testimonia S. Th. quæ hæcenus recitauimus, sunt argumenta præcipua, quæ contra nostram sententiam c. 6. asseremus.

## CAPVT IV.

*Nomina concreta substantiua ex sola formæ vnitatem aut numero singulariter aut pluraliter dici probabilius opinio fert.*

**D**vas regulas assignat S. Th. in hoc art. Alteram pro nominibus concretis substantiuis, alteram pro adiectiuis. In hoc autem capite eam, quam de nominibus substantiuis tradidit, asseremus & confirmabimus, nam multo probabilior existimamus ceteris: alterâ vero de adiectiuis c. 8. exponemus. Regulâ autem de substantiuis secuti videntur Antipodo lib. 3. summe tractatu 1. cap. 1. quest. 5. Scot. in 3. d. 1. q. 3. & in 1. d. 1. q. 1. §. Ad questionem istam, & idem S. Th. in 3. d. 1. q. 2. art. 5. ad 2. & 3. cum asserunt in eo casu, quo vna persona assumeret plures humanitates, fore plures homines. Idem docet Caiet. in 1. d. 4. qu. 1. art. 1. ad 1. Aureoli.

Est igitur regula huiusmodi, Nomina substantiua, quæ concreta naturarum sola vnitatem aut numero formæ, quam significant singulariter aut pluraliter dicuntur. Quamuis quidem disterte tradidit S. Doctor in hoc articulo, his verbis, Vnde singularitas vel pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam per nomen. Ceterum mentem illius aliqui sic interpre-

tantur, vt tantum velit docere attendendam esse pluralitatem formæ, vel vnitatem ad pluralitatem, vel vnitatem nominis, sed eam non sufficere: aliud namque est illam requiri, vt supra ex Caietano dicebamus, aliud vero est eam sufficere. Hoc autem dixisse putant S. Th. vt discrimen constitueret inter adiectiua nomina, & substantiua, quia vnitatem, vel pluralitatem nominis adiectiui solum consideratur, & sufficit vnitatem, vel pluralitas subiecti, non formæ.

Hæc tamen expositio ex verbis ipsius textus, & ratione, quam affert, facile conuincitur. Primum quia S. Th. non dixit, ad pluralitatem, vel vnitatem nominis esse attendendam & considerandam vnitatem, vel pluralitatem formæ: sic enim solum significaret (vt prædicti Doctores affirmant id esse necessarium, nō tamen denotaret id sufficere: sed dixit singularitatem, aut pluralitatem nominis attendi secundum formam significatam, attendi autem secundum formam est, ex illa desumi. Nam si aliunde necessario oriretur, non diceretur attendi secundum formam: siquidem existentibus pluribus formis contingeret, nomen singulariter significare, & quocumque dicimus; proprietatem aliquam attendi secundum formam, vel secundum materiam, significamus, inde tantum oriri.

Tum etiam nunquam in toto art. fecit mentionem vnitatis, & numeri suppositorum, vt ostenderet, id etiam requiri ad vnitatem, & pluralitatem nominis, ergo cum solum faciat mentionem formæ, & inde dicat esse attendendam vnitatem, vel pluralitatem nominis; sequitur existimasse, id etiam solum sufficere: præsertim, cum eodem modo loquatur de singularitate, quo de pluralitate, & ad singularitatem sufficiat vnitatem formæ, idque significet, cum ait singularitatem nominis ex singularitate formæ attendendam esse.

Ad hæc ratio S. Thom. & totus discursus articuli plane indicat eam prædictam regulam vt necessariam & sufficientem collegisse ad iudicandū de terminis diuinis: alioqui nihil omnino probasset; vt n. probet nomina substantiua singulariter de Deo prædicari, adiectiua vero pluraliter, hanc format rationem. Nomina substantiua significant aliquid per modum substantiæ, nomina vero adiectiua per modum accidentis quod inheret subiecto: substantia vero sicut per se habet esse, per se habet vnitatem, vel multitudinem: vnde singularitas vel pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam per nomen. Ergo colligit formas inde habere, vnitatem, vel pluralitatem, vnde habent esse, non quidem tanquam ex requisito solum principio, sed etiam tanquam ex sufficienti & integro: nam sicut non aliunde habent esse, sed per se; ita per se & non aliunde habent vnitatem & numerum, cumque nomina concreta formarum sequantur rem significatam, sicut quæcumque alia sequuntur rem, quam significant, recte colligit S. Th. ex illis solum singularitatem, & pluralitatem eorum in significando sumendam esse.

Scotus vero prædictam sententiam sic ostendit, omne quod pendet necessario terminatur ab aliquo, quod non pendet, atque ab alio pendenti pendere non potest, adiectiuum a. nomen impositione sua pendet, quia significat formam accidentariam, vel per modum accidentis, quod pendet, contra vt nomen substantiuum non pendet, quia significat

*Quomodo aliqui eius mentem intelligant.*

*Ho. um. tamã explicatio ex verbis Doctores res resellunt.*

14

15

*Ratio qua Scotus confirmat prædictam sententiam.*



significat formam per se subsistentem: ergo opus est, ut adiectiuum pendeat a substantiuo. Quo fit, ut si adiectiuum nomen additur adiectiuo, vnum ab alio pendere nequeat, sed vtrumque ab alio substantiuo debeat terminari. Quādo v. adiectiuū additur substantiuo, ab eo pendet, & terminatur, ergo cum nomina numerorum sint adiectiua, quādo adduntur substantiuo, inde terminantur, & singularitatem vel pluralitatem accipiunt, ac proinde numerum, vel vnitatem formarum, quas significant, sequuntur. Sed quia, cum adduntur adiectiuis, non ab ipsis; sed a subiecto pendunt, & determinantur, necesse est, ut ab eo vnitatem, & numerum recipiant.

16  
Non satis  
probat quod  
contendit  
Scotus.

Ex concretis  
substantiis  
quādam per-  
sonarum, quā-  
dam naturarū  
significant.

Hæc ratio non satis ostendit, significationē singularis aut pluralis numeri in substantiis sumendam esse ex formis, in adiectiuis v. ex subiecto; sed formas ipsas accidentiū ex subiectis pendere, substantiales v. ex se ipsis. Melius igitur prædictam regulam confirmat S. Tho. ratio, quam paulo ante retulimus: ea vero prætermissa, alia etiam facilius, nec minus efficaci demonstrari potest.

Est autem supponenda doctrina quādam satis nota, videlicet inter nomina concreta substantia, quādam esse personarum, ut hypostasis persona suppositi, Petrus & Ioannes, & (ut communior opinio fert) Christus, alia sunt naturæ, ut Deus, homo, quidam homo, equus. Deinde præmittendum est id, quod tradit sanctus Doctor supra q. 29. art. 4. nempe quod discriminis esse inter nomen, persona, & quidam homo, quod persona directe significat subsistentiam, hoc est, terminum naturæ, quo constituitur persona, connotat autem naturam illius personæ: at vero, quidam homo directe significat naturam hominis, connotat autem personam, in qua subsistit: id quod nos etiam disp. 130. cap. 3. obseruauimus. Hinc vero hæc ratio deducitur, Significatio nominis numerari debet secundum significatum directum illius, hoc enim est, quod directe demonstrat & efficit: sed directum significatum nominis concretæ substantiæ naturæ seu formæ non personæ; ut Deus, non est suppositum, sed forma: ergo ex illa numerari debet, ac proinde singulariter, aut pluraliter dici iuxta vnitatem, vel numerum formæ non suppositi. Hinc etiam fit, ut nomina concreta personarum non ex natura, sed ex personalitate, quæ est directum significatum, numerentur, vel singulariter dicantur. Ex quo principio plura notatu digna seq. cap. colligemus.

## CAPVT V.

Corollaria præcedentis opinionis.

Quid primo  
ex prædicta  
regula sequa-  
tur.

EX prædicta regula sequitur primo, tres personas esse vnum Deum, & nomen. Deus, in prima significatione mansisse, reuelato mysterio Trinitatis, eademque ratione tres personas futuras vnum hominem, si vnam humanitatem simul assumpsissent, non quia sit indiuiduum deitatis ex communi illa substantia, quam nonnulli communiscuntur, constitutum: sed quia directum significatum nominis substantiui concreti est forma, connotatum vero sunt personarum generatim. Eadem quoque ratione Pater, & Filius dicuntur vnum principium, vel vnus spirator, de quo etiam disputatione 130. aliquid diximus, quia directum significatum est voluntas in Patre & Filio, quæ vna est, & connotata sunt personæ.

Quod si Hilarius 2. de Trinitate Patrem & Filium vocat auctores Spiritus sancti; parum obest; vnde enim nomine illo, ac si adiectiuum esset, vt docuit S. Thom. supra questione 36. articulo ultimo ad vlt. adiectiua autem secundum subiecta numerantur.

Secundo colligitur eo casu, quo vna persona plures assumeret humanitates, dicendos esse plures homines, vt aperte fatetur Capreolus in 1. distinctione 4. questione 1. articulo 1. ad 1. Aureoli, secutus sententiam Doctoris sancti in 3. distinctione 1. q. 2. art. 2. ad 2. quia significata directa nominis, homo, essent plura.

Tertio inferitur ex prædicta regula; esse eundem hominem, si eadem humanitas assumpta esset a pluribus personis, & deinde dimitteretur ab vna, vel etiam ab omnibus, vt in proprio maneret supposito. Cui etiam sententiæ facit Antisiodorens. qui libro 1. summa tractatu 1. cap. 3. quæstio 7. docet, si humanitas a tribus prius assumpta esset: deinde a duabus dimitteretur, & maneret solum in vna, fore eundem hominem. Ratio vera eadem est, quia maneret idem directum significatum, scilicet humanitas, ex quo vnitatis & pluralitatis sumenda est, vt supra diximus.

Ceterum aliqui contendunt, eo casu, quo humanitas dimitteretur, & maneret in proprio supposito, non fore diuersum hominem; quia vt esset alius homo, deberet permanere vt quædam non audent dicere eundem, quia, vt esset idem homo, deberet humanitas simul in personis permanere, & personæ falluntur tamen, tum quia, vt dicatur esse plures homines, vel vnus dicatur alius homo ab alio, non oportet omnes actu esse. Petrus enim nunc dicitur alius homo a Ioanne mortuo, & Ioannes mortuus, atque Petrus vnus dicatur duo homines: tum etiam, vt dicatur vnus homo, nihil refert, humanitatem simul esse in tribus personis, vel successiue: si enim vnitatis sumitur ex forma significata, non ex supposito, idem erit homo in quacunque persona: aut dicendum est ad singularitatem nominis requiri non solum vnitatem formæ, sed etiam suppositi: id quod supra satis impugnatum est contra Marfilium.

Postremo sequitur, patrem non posse dici plura principia, hic enim modus loquendi denotat distinctionem realem, quæ solum in Deo reperitur inter supposita: potest autem dici plura principia secundum rationem. De relationibus autem peculiarem esse causam, ob quam cum sola ratione differant, absolute plures dicantur, diximus disp. 138. cap. 2. Id eo igitur non posse dici absolute plura principia, eo quod ille modus loquendi distinctionem realem significet, patet: quia neque de ipsis potentiis in abstracto dicere possumus, esse duo principia, nisi addamus, secundum rationem: abstracta enim in Deo, nisi sint puræ relationes, non dicuntur plura absolute, vt eo loco notauimus. Quare, si non dicitur, pater habere plura principia abstracte, hoc est plures potentias, quid mirum, si ipse dici nequeat esse plura principia?

## CAPVT VI.

Argumenta contra prædictam opinionem.

CONtra sententiam, & regulam, quam tradidimus cap. 4. de nominibus substantiis, sunt quedam oppositiones, quibus cum impugnetur prædicta opinio.



possunt, qui sequuntur opinionem cap. 3. a nobis memoratam. Prior est, si persona diuina assumentes plures humanitates, essent duo homines, necessaria esset distinctio inter illos: distinctio autem, seu diuisio, includit negationem vnius ab alio: ergo vnus homo non posset de alio predicari, at consequens est absurdum, nam sicut nunc Deus de homine, & homo de Deo predicatur, quia est in eadem persona vtriusque natura: tunc etiam vnus homo de alio diceretur, quia vtriusque humanitas in eadem esset persona. Resp. distinctio nem & diuisionem vnius ab alio necessario includere mutam aliquam negationem inter illa, non quamcumque, h. e. non quae impediat predicationem in concreto, sed negationem earum naturarum in abstracto. Eo enim ipso, quod vna humanitas non est alia, sunt duo homines, etiam si vnus dicatur esse alius communicatione idiomatum, & predicationis naturae in eodem supposito.

Dices, eo modo, quo dicuntur plures homines, vnus debet de alio negari, ergo cum in concreto dicantur duo homines, in concreto debet vnus de alio negari, quod est falsum. Respondeo, non opus est eodem modo, quo dicuntur plures homines, scilicet in concreto, vnum de alio negari. Nec enim pluralitas quaecumque impedit predicationem vnius de alio, cum ea etiam, quae distinguuntur, vnum de alio propter varios modos afficiendi aut subiectum aut suppositum, inuicem praedicentur, vt in 3. p. S. Th. q. 16. fufius tractabimus.

Posterior oppositio est, quia ex nostra sententia sequeretur, dici posse, Christum esse duo, quum habeat duas naturas. Nam si habens duas humanitates diceretur duos homines, habens nunc diuinitatem & humanitatem diceretur duo: id autem est contra communem sententiam Theologorum, & Patrum, vt videbimus 3. p. q. 17. art. 1. Respondeo particulam *duo*, posse accipi masculinae, & neutraliter: si sumatur masculinae, ideo nequit Christus dici duo, quia vox *duo*, denotat supposita, non naturas, vt disp. 13. c. 1. ex patribus & Conciliis probauimus: si vero sumatur neutraliter, denotat naturas, vt ibidem diximus. In qua significatione apud Patres non inuenies tractatum, an dicatur Christus duo: asserunt tamen nonnulli, in Christo esse aliud & aliud, quod commemorauimus eo loco, & in tertiam partem referemus.

Sunt etiam, qui dicant Christum esse aliud & aliud, vel esse vtrumque. Cyrill. Alexand. in scholiis de incarnatione ca. 26. ait: diuersa de Christo predicari secundum aliud & aliud, & subdit, *Et est ipse hoc & illud*, quod perinde est, ac dicere, est aliud & aliud, (scilicet Christus) & mansit aequalis, vtrumque vnus sicut dictum est: sed est aliud propter verbum, aliud propter humanitatem: propter verbum aequalis patri, & propter humanitatem minor: vbi Augustinus dicit Christum esse vtrumque, hoc est, minorem, & aequalem: & eadem ratione esse aliud, & aliud, nempe minorem & aequalem, quae omnia essentias demonstrant. Deinde ex Patribus nonnulli concedunt in sensu mul. August. in Enchirid. c. 38. Damas. 3. de fide ca. 19. Anselmus de incarn. verb. ca. 5. Bernard. serm. 3. in vigilia nativit. Propter quae videri posset alicui vera sententia, quam refert Durand. in 3. dist. 6. qu. 1. nu. 10. nempe posse dici Christum duo neutraliter.

Vasquez in 1. p. tom. 2.

Obstat tamen communis Schola Theologorum cum S. Thom. 3. p. q. 17. art. 1. quos sigillatim referre non oportet, quia merito negant tam neutraliter, quam masculinae Christum posse dici duo. Probat a. S. Tho. & nonnulli alij, quia si Christus diceretur duo neutraliter, ideo esset, quia Christus est duae naturae: Christus autem dici non potest duae naturae, quia licet sit diuinitas sua, non est sua humanitas. Haec tamen ratio difficilis est, tum quia cum in sensu identico Patres aliqui concedant Christum esse duas naturas, concederent etiam esse duo neutraliter, si aliud non obstaret: tum etiam, quia, vt paulo antea dicebamus, Cyrill. concedit Christum esse hoc & illud (quod in sensu etiam formali verum est) sicut dixit Aug. Cum enim Christus sit minor & aequalis in sensu formali, in eodem dicere possumus, est hoc, & illud, aliud & aliud, nempe aequalis & minor. Cur ergo non possemus propter diuersas naturas, & earum proprietates dicere, est duo neutraliter?

Ratio igitur potissima, ob quam nullo modo dici possit, Christum esse duo sine additamento, est, quia quoties multa in aliquo vniuntur, & res vna multa illa continet sub aliqua vniione & vnitatem, non dicitur esse multa. Sicut Petrus, quamuis contineat multa, non dicitur esse multa, nec duo: eo quod multa illa coniuncta simpliciter dicantur esse vnum: vnum autem & multa simpliciter opponuntur; ergo, cum Christus sit non tantum vnus, sed etiam vnum simpliciter propter vniionem omnium, quae habet, non potest dici plura, nec duo: sed cum additamento recte diceretur hoc modo, Christus est plures naturae simul diceretur etiam plura in Christo esse, & duo in Christo esse, sicut dicitur aliud & aliud in eo esse, quia hoc modo loquendi cum multitudine, eorum quae in Christo sunt, significatur vnitatem, quam in eo habent, & est Christus. Nec solum dicitur in Christo esse aliud & aliud, verum etiam ipse Christus dicitur aliud & aliud non modo in sensu identico, sed etiam formali: dici autem Christum aliud & aliud, non dissoluit vnitatem, quam in vna habent persona: imo modus ille loquendi vniionem denotat: dicere Christum esse duo, omnino tollit vnitatem.

Demum loqui licet, vt Sophronius loquitur in epistola recepta a 6. synodo, actione 11. vbi ante medium dixit, *Christum esse vnum & duo hoc ipsum agnoscibile, vnum quidem secundum substantiam atque personam: duo vero secundum ipsas naturas*. Cum enim dicat vnum & duo non duo absolute, indicat plane duas naturas, sed sub vnitatem, quam non significaret, imo tolleretur, qui duo absolute concederet: ergo eodem modo, si vna persona verbi assumeret duas humanitates, quamuis non liceret dicere, esse duo absolute, liceret tamen dicere, esse duos homines, sicut si diceremus esse duas naturas, liceret etiam dicere, in verbo sunt duo homines. Sic enim duo non absolute, sed in natura humana significarentur; quae pluralitas cum vnitatem constare potest; cur vero non dicatur Christus plures filij cap. 8. dicemus, vbi etiam ostendimus, cur vnus dicatur artifex, qui plures habet artes; ex quo etiam nostram sententiam aduersarij infirmare nituntur.



25.  
D. Thomas.

P Vgnat etiam contra nostram sententiam Sanctus Thom. supra q. 36. ar. 4. ad 2. ubi ait, ideo Patrem non dici plura principia, nempe Filij, & Spiritus sancti, cum tamen habeat virtutem spirandi & generandi, quia implicaretur (inquit ille) pluralitas suppositorum; hoc est, eo modo loquendi denotamus plura esse supposita, si sunt plura principia: ergo putat ad pluralitatem nominis substantiui, quale est principium, non sufficere pluralitatem formæ; sed esse etiam necessariam pluralitatem suppositorum. Deinde 3. par. quæst. 3. art. 7. ad 2. in eo casu, quo vna persona assumeret duas humanitates, affirmat non fore dicendos duos homines; quia nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur propter supposita: ac proinde in eo casu inquit dicendum esse vnum hominem. Cumque in hoc art. plane dixerit, pluralitatem & singularitatem nominis attendendam esse solum, & desumendam ex formæ unitate, vel pluralitate, ut plane ex ipsius textu deduximus supra cap. 4. secum etiam ipse pugnare videtur. Quare & Thomistæ conantur ipsius dicta conciliare.

Capreoli solutionem refert. & refutat Ferrar.

Ferrar. 4. contra gentes, cap. 11. §. Circa istas propositiones duas adhibet solutiones. Prior est, regulam S. Th. traditam in hoc art. cum dicit, pluralitatem, vel singularitatem nominis attendendam esse ex unitate, vel multitudine formæ significatæ, intelligendam esse de substantiui concretis, regulam autem traditam in tertia parte, qua dicit ad pluralitatem nominis requiri pluralitatem suppositorum, intelligi de adiectiuis. Quæ solutio fuit Capreoli in 1. dist. 4. qu. 1. artic. 1. ad 1. Aureoli; sed eam facile refellit Ferrar. quia S. Th. 3. p. plane loquebatur de substantiuis: quæstio enim erat de hoc nomine, homo, quod substantiuum est, an sine pluralitate suppositi essent dicendi plures homines; & responderet, non fore.

Propria solutionem refert.

Deinde responderet Ferrariensis, ex propria sententia; rationem quidem pluralitatis, & singularitatis in substantiuis esse singularitatem, vel pluralitatem formæ, & de hac locutum fuisse S. Th. in hoc art. at singularitatem, & pluralitatem suppositorum esse conditionem etiam requisitam; & sic esse intelligendum in 3. par. loco citato. Ceterum non minus facile impugnari potest hæc, quam prædicta solutio. Tum quia ad singularitatem nominis substantiui nullo modo requiritur singularitas suppositi: alioqui tres personæ non essent vnus Deus, nec vnus homo, si vnā assumeret humanitatem, quod est absurdum, ut cap. 3. probauimus. Tum etiam, licet pluralitas, & singularitas formalis: nihilominus non deberet dicere S. Th. in hoc art. pluralitatem, & singularitatem nominis ex unitate, & pluralitate formæ, sed addere deberet, aliunde etiam desumi: nam ex conditione etiam attendi debet, sicut ex causa formali, si conditio est necessario requisita.

Aliter recentiores Thomistæ respondent testimonio D. Thomæ.

Tertio nonnulli recentiores Thomistæ censent, veram esse regulam assignatam à S. Thom. in hoc art. de forma substantiali, quæ secum affert suppositum, ut tunc generatim singularitas, & pluralitas nominis ex unitate, & multitudine solius formæ sumatur. Nam sicut tunc forma tribuit esse supposito, sic etiam tribuit unitatem, vel plura-

litatem nomini, quod in solis substantiuis locum habet; nam cum adiectiua significent formam, quæ non dat esse supposito, sed illi iam constituto aduenit, sicut forma significata per nomen adiectiuum non tribuit unitatem, & pluralitatem supposito: sic etiam nec nomini. Tale etiam putant esse nomen principium, quod licet sit substantiuum, quia tamen in Patre aduenit supposito iam constituto, ideo Pater non dicitur duo principia, etiam si habeat duas formas principij.

Verum hoc pacto non potest omnino conciliari & defendi, quod utroque docet Doctor Angelicus. Hinc enim sequeretur, aut tres personæ assumentes eandem humanitatem non esse vnum hominem, aut vnā personam assumentem plures humanitates esse plures homines: quod est contra doctrinam eiusdem 3. par. q. illa 2. ar. 7. in corp. & in solut. 2. Aut enim humanitas assumpta à diuinis personis significatur, ut asserens secum suppositum, & ita diceretur quidem vnus homo, etiam si vnā à tribus assumeretur: autem tres humanitates ab eadem persona sustentarentur, essent dicendi tres homines, quod etiam manifeste est contra doctrinam eiusdem S. Th. eo loco. Vel forma illa non significatur, ut asserens secum suppositum, sed ut adueniens constituto, & ita non minus sequitur contra eius doctrinam. Nam quamuis si tres humanitates assumerentur ab vna persona, non dicerentur tres homines: quia pluralitas tantum sumenda esset ex forma, quādo secum asferret suppositum, tamen si assumeretur vnā à tribus, eadem ratione non diceretur vnus homo, quia tunc unitas non sumeretur a forma, eo quod secum non asferret suppositum.

Alij denique Thomistæ alio modo S. Thomæ dicta conciliant. In cuius rei gratiam præmittunt aliter contingere in ijs, in quibus cum multitudine suppositorum est unitas nature, quam in ijs in quibus cum unitate suppositi est multitudo naturarum. Nam aliqua forma substantialis, qualis est diuina, suapte natura reperi potest in multis suppositis: nulla tamen forma accidentaria natura sua esse potest in pluribus subiectis. Quo fit, ut si quando eadem humanitas reperiretur in tribus suppositis diuinis, etiam si adueniret suppositus constitutis per modum formæ accidentis: quia tamen iuxta modum formæ substantialis reperiretur vnā in multis, sicut diuina natura, nomen substantiuum ex illa sumeret singularitatem, & tres personæ dicerentur vnus homo, quando vero plures naturæ essent in eadem persona, quia essent per modum formæ accidentis, cuius proprium est, ut multiplex in eodem subiecto, reperiretur, sumeretur ex supposito singularitas nominis, sicut in adiectiuis, etiam si nomen substantiuum esset. In priori namque casu non tantum est nomen substantiuum, sed etiam significat per modum substantiui, & sub impositione substantiui manet, in posteriori vero etiam si nomen sit substantiuum, significat tamen per modum adiectiui, & non manet in sua impositione substantiui, quod semper significat vel vnā naturam in vno supposito, vel vnā in pluribus, nunquam autem plures in vno. Ex hac doctrina ita conciliant dicta S. Thomæ, ut in hoc art. loquatur de substantiuis, quæ sequuntur modum, & normam substantiuorum, ut explicatum est, & vero in 3. parte sermonem habeat de substantiuis, quæ non sequuntur normam substantiuorum.



sed adiectiuorum, significando plures formas in eodem supposito.

Acuta sane speculatio, sed quæ attente considerata facile potest refelli ratione, qua superius nostram confirmamus sententiam. Nam directum significatum nominis substantiuum est forma substantialis, non suppositum: neque nomen substantiuum ex sua impositione significat suppositum; ergo ex forma, non ex supposito debet sumi singularitas, & pluralitas nominis. Quod autem substantiuum significet vnam naturam in multis suppositis, vel plures in eodem, parum interest, ut dicamus variari primariam impositionem, & significationem nominis: nomina enim substantiua ita sunt ab initio imposita ad significandam formam substantialem, ut quamuis tunc solum cognosceretur vnum suppositum sub vna forma, nihilominus facta postea reuelatione mysterij Trinitatis, nihil sit mutatum de primaria significatione, impositione nominis. Itaque nomina substantiua, quæ modo significant vnam formam in tribus personis, & ratione formæ singulariter dicuntur de illis, ante reuelationem mysterij imposita eodem modo significabant: nec ad hoc fuerunt imposita, ut vnam formam in tribus significaret: ergo petinde est, si post impositionem nominis vna forma reperitur in tribus natura sua, vel plures formæ in eadem persona, non natura sua, sed super illam, ut ab utroque asseramus, nomen pluraliter, aut singulariter dici secundum vnitatem, vel multitudinem formæ, quando in primaria impositione nominis non est habita ratio plurium suppositorum; sicut non fuit habita plurium formarum in eadem persona: ergo nullum tale substantiuum impositum est ad significandum in illis adiectiuum, ut prædicti doctores autumant. Et hæc satis circa priorem regulam, quam tradidit S. Tho. in hoc art.

## CAPVT VIII.

Nomina adiectiua pluraliter de tribus personis prædicari debent, sed de vno Deo singulariter.

Reliquum est, ut explicemus alteram regulam, quam de adiectiuis in eodem art. S. Doctor posuit. Ea vero est, pluralitatem & singularitatem nominum fumendam esse ex singularitate, aut pluralitate suppositorum, non formarum. Obiicit etiam dicemus, quia ratione nomina substantiua formarum accidentium singularitatem, vel pluralitatem accipiunt. Ratio vero huius regulæ est, quam assignat Sanctus Thomas ibidem, quia cum significant formam per modum adiacentis, hoc est, quasi ab alio habitam, idcirco singularitatem, & pluralitatem desumunt ex supposito, vel subiecto, cui formam adiacere significant: indeque discrimen constituitur inter nomina substantiua, & adiectiua: quod substantiua, opposito modo significant formam nimirum per se subsistentem, & ita ex se habentem vnitatem, vel pluralitatem, quocirca ex illa desumitur singularitas, & pluralitas nominis: contra vero in adiectiuis ex subiecto, aut supposito, cui formam adiacere significant, id est, adiectiua directe significant subiecta sub tali, & tali forma: & idem dicitur esse album, quod trans albedinem, & omnipotens, quod habens omnipotentiam, & in vniuersum omne adiectiuum per habens talem, seu talem formam definitur: substantiuum vero, ut homo, Deus, cum non significet

¶ *Ad huc in 1. p. sm. 2.*

formam, vel alteri adiacentem, sed ut habentem esse per se, non debet definiti per habens talem naturam, ut Deus per habens Deitatem, & homo per habens humanitatem, ut sequenti disp. cap. 3. fusius monstrabitur.

Hoc posito, sequitur dici posse tres personas Trinitatis, tres omnipotentes, tres æquales, tres inpenso: sic loquitur Conc. Lateran. sub Innoc. III. & refertur in ea. *firmiter*, de summa Trinitate & fide Catholica, ubi ita inquit: Pater generas, Filius nascens, Spiritus sanctus procedens consubstantialis, & coæquales, & coomnipotentes, & coeterni, &c. Cum vero Athanasius in simbolo ait: *Nem tres omnipotentes, sed vnum omnipotens: non tres immensi, sed vnum immensus*, aut accipit nomina substantiua, ut notauit S. Tho. in hoc art. sicut et contra Hilarius nomen, *austores*, adiectiuum, cum 2. de Trin. Patrem & Filium vocauit auctores Spiritus sancti (neque enim ut substantiua, hoc est, in sensu substantiuo accipiuntur hæc nomina, necesse est neutraliter vsurpari) aut certe, cum nomina adiectiua singularitatem & pluralitatem accipiant ex habente formam, quia idem omnino significant, quod habens talem aut talem formam, & in Deo non tantum suppositum, sed etiam diuina natura in concreto habeat omnipotentiam, imo proxime dicatur omnipotens Deus, ut communis est tribus personis, idcirco possumus dicere, & tres omnipotentes, si referamus ad personas, quæ secundarie habetur dicuntur omnipotentiam, & vnum omnipotentem tantum, si referamus ad naturam ipsam, quæ primarie omnipotens dicitur. Cum igitur Athanasius dixit: *Nem tres omnipotentes, sed vnum omnipotens*, non negauit tres omnipotentes in persona, sed in natura & respiciens solum naturam concretam negauit tres omnipotentes, scilicet Deos: & dixit vnum solum concedendum esse: atque eodem modo loquendi vsus est Augustinus lib. 5. de Trin. ca. 8.

Advertendum tamen est, esse quædam nomina substantiua, quæ significant formam accidentariam, aut per modum accidentis, ut artifex, opifex, philosophus, creator, gubernator, quæ ex vna parte non videntur sequi naturam adiectiuorum, quia non dicimus, tres personas esse tres creatores, tres opifices, sed vnum in quo substantiuorum nominum regulam sequuntur, quæ secundum formam numerantur, vel vnitatem recipiunt. Contra vero idem homo habens plures artes dicitur vnus artifex, & habens plures philosophias, & moralem, & naturalem, & politicam, dicitur vnus philosophus: in quo nomina hæc videntur sequi normam adiectiuorum, quæ ex subiecto non ex forma numerantur, vel singulariter dicuntur. Quo sane argumentum aliqui vtuntur contra regulam substantiuorum, quam cap. 4. probauimus.

Dico igitur, hæc nomina, etiam si formam accidentariam in nobis significant, & in Deo formam, vel relationem ex tempore aduenientem, ut creator, gubernator, opifex, quia tamen significant substantiua, non tam significare ipsam formam, quam subsistentem naturam illius qualitatis: non dico significare idem, quod habet illam formam, ita ut explicare liceat nomina illa, sicut adiectiua, per habens illam formam: sic enim liceret quoque dicere, tres personas esse tres opifices, gubernatores, & creatores mundi: sed significare naturam ipsam substantialem subsistentem, cui conuenit talis forma artis, aut creationis, &c. cumque in homine

33.  
*Quæ modus loquendi ex prædicta regula sequatur.*

34.

*Quædam sunt nomina substantiua, quæ significant formam accidentariam, aut per modum accidentis, ut artifex, opifex, philosophus, creator, gubernator, quæ ex vna parte non videntur sequi naturam adiectiuorum, quia non dicimus, tres personas esse tres creatores, tres opifices, sed vnum in quo substantiuorum nominum regulam sequuntur, quæ secundum formam numerantur, vel vnitatem recipiunt.*

35.

Y 2



mine sit vna natura, ideo dicitur vnus philosophus, vnus artifex : & cum in Deo sit vna natura substantialis, & vnum indiuiduum Deitatis, cui conuenit illa forma denominas, ideo dicitur vnus artifex, vnus creator, & vnus gubernator: etiam si sint plura supposita, quia hæc denominatio forme quasi accidentarie per modum substantiui nō extenditur vltra ipsam substantiam, & naturam rei p se subsistentis.

Ultimo obserua nomen, *Filius*, singularitatem, vel pluralitatem accipere a supposito, non a natura: & ideo Christum non posse appellari plures filios, etiam si plures habeat filiationes, vt sub anathemate definitur *Nazianz. orat. 51.* eademque ratione non posse dici, esse alium Filium ex virgine, alium ex Patre æterno: vel quia nomen est veluti adiectiuum, idem enim valet, quod genitus: vel quia est nomen suppositi, cum dicitur in concreto: etiam si filatio aliqua conueniat Christo ratione naturæ humanæ: præsertim cum diuina persona filiatione constituta Filius dicatur: ergo qui diceret duos filios, nō vnum, etiam si Catholicum sensum teneret, videretur voce ipsa Christum diuidere.

## ARTICVLVS IV.

*Vtrum nomina essentialia concreta possint supponere pro persona.*

109.  
x. d. 4. q. 1.  
art. 2.

**A**d quartum sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia concreta non possint supponere pro persona ita quod hæc sit vera, Deus genuit Deum. Quia (vt Sophistæ dicunt) terminus singularis idem significat & supponit. Sed hoc nomen, Deus, videtur esse terminus singularis, cum pluraliter prædicari non possit, vt dictum est. Ergo cum significet essentiam, videtur quod supponat pro essentia, & non pro persona.

Artic. præd.  
q. 13. ar. 2.

2. Præterea. Terminus in subiecto positus, non restringitur per terminum positum in prædicato ratione significationis, sed solum ratione temporis confectionis. Sed cum dico, Deus creat, hoc nomen, Deus, supponit pro essentia. Ergo cum dicitur, Deus genuit: non potest ille terminus, Deus, ratione prædicati notionalis supponere pro persona.

3. Præterea. Si hæc est vera, Deus genuit, quia Pater generat, pari ratione hæc erit vera, Deus non generat, quia filius nō generat. Ergo est Deus generans, & Deus non generans. Et ita videtur sequi, quod sint duo dii.

4. Præterea. Si Deus genuit Deum, aut se Deum, aut aliū Deum: sed nō se Deum, quia vt August. dicit in 1. de Trinit. nulla res generat se ipsam. Neque aliū Deum: quia non est nisi vnus Deus: ergo hæc est falsa, Deus genuit Deum.

5. Præterea. Si Deus genuit Deum, aut Deum qui est Deus Pater, aut Deum qui

Libro L. de  
Trinit. cap. 1.  
ante med.  
tomo 3.

## ARTIC. IV.

non est Deus Pater. Si Deum qui est Deus Pater, ergo Deus Pater est genitus. Si Deum, qui nō est Deus Pater. Ergo Deus est, qui non est Deus Pater. Quod est falsum. Non ergo potest dici quod Deus genuit Deum.

Sed contra est, quod in symbolo dicitur, Deum de Deo.

Respondeo dicendum, quod quidam dixerunt, quod hoc nomen, Deus, & similia proprie secundum suam naturam supponunt pro essentia, sed ex adiuncto notionali trahuntur ad supponendum pro persona. Et hæc opinio processisse videtur ex consideratione diuinæ simplicitatis: quæ requirit quod in Deo idem sit habens, & quod habetur. Et sic habens Deitatem, quod significat hoc nomen, Deus, est idem quod Deitas. Sed in proprietatibus locutionem, non tantum attendenda est res significata, sed etiam modus significandi. Et ideo quia hoc nomen, Deus, significat diuinam essentiam vt in habente ipsum, sicut hoc nomen, homo, humanitatem significat in supposito, alii melius dixerunt, quod hoc nomen, Deus, ex modo significandi habet vt proprie possit supponere pro persona, sicut & hoc nomen, homo. Quandoq; ergo hoc nomen, Deus, supponit pro essentia, vt cum dicitur, Deus creat: quia hoc prædicatum competit subiecto ratione forme significatæ, quæ est Deitas. Quandoque vero supponit personam, vel vnam tantum, vt cum dicitur, Deus generat: vel duas, vt cum dicitur, Deus spirat: vel tres, vt cum dicitur, Regi seculorum immortalis inuisibili, soli Deo, &c. 1. Timoth. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc nomen, Deus, licet conueniat cum terminis singularibus, in hoc quod forma significata non multiplicatur, conuenit tamen cum terminis communibus in hoc quod forma significata inuenitur in pluribus suppositis. Vnde non oportet, quod semper supponat pro essentia quam significat.

Ad secundum dicendum, quod obiectio illa procedit contra illos, qui dicebant quod hoc nomen, Deus, non habet naturalem suppositionem pro persona.

Ad tertium dicendum, quod aliter se habet hoc nomen, Deus, ad supponendum pro persona, quam hoc nomen, homo. Quia enim forma significata per hoc nomen, homo, id est, humanitas, realiter diuiditur in diuersis suppositis, per se supponit pro persona, etiam si nihil addatur quod determinet ipsum.



ipsum ad personam, quæ est suppositum distinctum. Vnitas autem siue communitas humanæ naturæ nō est secundum rem, sed solum secundum considerationem. Vnde iste terminus, homo non supponit pro natura cōmuni: nisi propter exigentiam alicuius additi, vt cum dicitur, homo est species. Sed forma significata per hoc nomen, Deus, scilicet essentia diuina, est vna & communis secundum rem. Vnde per se supponit pro natura cōmuni, sed ex adiuncto determinatur eius suppositio ad personam. Vnde cum dicitur, Deus generat, ratione actus notionalis supponit hoc nomen, Deus, pro persona Patris. Sed cum dicimus, Deus non generat, nihil additur quod determinet hoc nomen ad personam Filij. Vnde datur intelligi quod generatio repugnet diuinæ naturæ. Sed si addatur aliquid pertinens ad personam Filij, vera erit locutio, vt si dicatur, Deus genitus non generat. Vnde etiam non sequitur, est Deus generans, & Deus non generans, nisi ponatur aliquid pertinens ad personas, vt puta, si dicamus, Pater est Deus generans, & Filius est Deus non generans, & ita non sequitur quod sunt plures dii, quia Pater & Filius sunt vnus Deus, vt dictum est.

Ad quartum dicendum, quod hæc est falsa, Pater genuit se Deum: quia ly se (cum sit reciprocum) refert idem suppositum. Neque est contrarium quod Augustinus dicit ad Maxim. quod Deus Pater genuit alterum se. Quia ly se vel est, alius ablatiu, vt sit sensus, genuit alterum à se: vel facit relationem simplicem, & sic refert identitatem naturæ: sed est impropria, vel emphatica locutio: vt sit sensus, genuit alterum simillimum sibi. Similiter & hæc est falsa, genuit alium Deum: quia licet filius sit alius à Patre, (vt supra dictum est) non tamē est dicendum, quod sit alius Deus: quia intelligeretur quod hoc adiectiuum alius, poneret rem suam circa substantiuum, quod est Deus: & sic significaretur distinctio deitatis. Quidam tamen concedunt istam, genuit alium Deum: ita quod ly alius, sit substantiuum, & ly Deus, appositue constitutur cō. Sed hic est improprius modus loquendi, & euitandus ne detur occasio erroris.

Ad quintum dicendum, quod hæc est falsa, Deus genuit Deum, qui est Deus Pater. Quia cum ly Pater, appositue constitutur cum ly Deus, restringit ipsum ad standum pro persona patris: vt sit sensus, genuit Deum qui est ipse pater: & sic

respon. in 1. p. tom. 2.

Pater esset genitus Quod est falsum. Vnde negatiua est vera, genuit Deū qui non est Deus Pater. Si tamen intelligeretur constructio non esse appositua, sed aliquid esse interponendum, tunc ē conuersa affirmatiua esset vera, & negatiua falsa: vt sit sensus, genuit Deū, qui est Deus, qui est Pater. Sed hæc est extorta expositio. Vnde melius est, quod simpliciter affirmatiua negetur, & negatiua concedatur. Præpositiuus tamen dixit, quod tam negatiua quam affirmatiua est falsa, quia hoc relatiuum, qui, in affirmatiua potest referre suppositum, sed in negatiua refert & significatum & suppositum. Vnde sensus affirmatiua est, quod esse Deum Patrem, conueniat personæ Filij. Negatiue vero sensus est, quod esse Deum Patrem, non tantum remoueat a persona Filij, sed etiam a diuinitate eius. Sed hoc irrationabile videtur, cum secundum Philosophum de eodem, de quo est affirmatio, possit etiam esse negatio.

L. 2. perib. ex c. vlt. to. 3.

**C**ONCLUSIO, est, Quandoque nomen, Deus, supponitur pro natura, quandoque pro persona. Conclusionem hanc & doctrinam articuli alius examinabimus sequentibus disputationibus. Nam circa textum articuli nihil est, quod peculiari indigeat notatione.

## DISPV. T. CLVI.

An indiuiduum Deitatis concretum, quod solet vocari, hic Deus, cognitione nostra præcedat personas.

Due Scholasticorum opiniones, cap. 1.

Concedendum esse concretum Deitatis quamuis alio modo quam Caietanus posuit, verior sententia est, cap. 2.

Soluntur argumenta primæ sententiæ, cap. 3.

Quæ ratione dicere possumus, Hic Deus est hic Deus, cap. 4.

## CAPVT I.

Due Scholasticorum opiniones.

**A**Ntequam ad suppositionem huius nominis, Deus, veniamus, necesse erit disputare, an hic Deus, qui solet vocari indiuiduum Deitatis concretum, cogitatione ita præcedat personas, vt antequam intelligamus Patrem, Filium, aut Spiritum sanctum, mente concipiamus hunc Deum, & de illo aliqua enuntiemus.

Henricus quodlib. 5. quæst. 8. & Durand. in primum d. Henricus & 26. quæst. 1. num. 6. & multi recentiores Thomistæ alio negant pro viribus defendunt, nō posse tale indiuiduum tale concretum intelligi ante personas, aut ante proprietates personales. Probant primum quia nō. Durandus enim, Deus, quo significamus concretum illud, est nomen suppositi. Idem enim est Deus, quod habens Deitatem, vt constat ex 8. Thoma art. 3. præ. D. Thomas. cedenti ad 1. & Damascen. lib. 3. de fide, cap. 11. in fin. & Damascenus Niceta lib. 3. Thesauri, cap. 33. in princ. sed nullum est suppositum commune, quod cogitatione præcedat tres personas: ergo nullum tale est indiuiduum concretum Deitatis. Deinde si indiuiduum

Y 3

concre-